

5 Rihbodone abbate deo seruire uidetur, donatumque in perpetuum esse uolumus, in *Sickenheim* III hobas cum mansis, campis, pratis, terris, siluis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, et VII iurn., ad *Uluenesheim*^{a)} I hubam, et xxx iurnales, cum manso indomincato et omnibus superinpositis domibus, edificiis, pratis ad III^{or} karadas feni, cum omnibus pertinentiis suis, et in *Tossenheim* uineam I. Hec omnia
10 superius co(m)prehensa a die presenti de iure nostro in ius et dominium sancti [N.] donamus, tradimus, atque transfundimus, in dei nomine perpetualiter ad possidendum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., X kl. octobr., [anno] XVIII Karolo regnante. Signum Leidradi¹⁾⁻³⁾ qui hanc donationem fieri et firmari rogauit. Signum Erpholdi³⁾, Wieberti²⁾, Biconis.¹⁾²⁾ Reginbertus scripsit.

787 Sept. 22.

631. (Reg. 1675.)

Donatio Adonis in eadem uilla. Karolo rege. Helmerico abbate.

Ego Ado pro dei intuitu uel pro remedio anime mee per hanc kartulam donationis, dono ad sanctum Christi mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in monasterio Laur., ubi uir uenerabilis Helmericus abba preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo, in *Sickenheim* unum mansum et quidquid in eadem marca, ad
5 ipsum mansum pertinere uidetur, campis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, casamque, et horreum, atque alia edifica, cum omni peculiari meo, quod hodie habeo, uel in posterum elaborare potero, in omnibus, a die presenti trado de iure meo atque transfundo in ius et dominium sancti N. in dei nomine perpetualiter ad possidendum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., VI kl. martii, anno XIII regni
10 d(om)ni nostri Karoli imperatoris gloriosi. S. Adonis¹⁾⁴⁾ qui hanc donationem fieri rogauit. S. Rütberti¹⁾²⁾³⁾, Rüdungi³⁾, Dietberti²⁾⁴⁾. Rudolfus scripsit.

782 Febr. 24.

632. (Reg. 1961.)

Donatio Reginharti^{b)} in eadem uilla. Karolo rege. Richbodone abbate.

Anno XVIII regni d(om)ni nostri Karoli regis gloriosissimi ego Reginhart pro remedio anime Erkanberti dono ad sanctum dei mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in monasterio Laur., ubi uir uenerabilis Rihbodo abba preesse uidetur, III iurnales in *Sickenheim*, in dei nomine perpetualiter ad possidendum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., V kl. iunii. S. Reginhardi qui hanc donationem fecit. Reginbertus scripsit.

786 Mai 28.

633. (Reg. 1969.)

Donatio Erkanfridi in eadem uilla. Karolo rege. Richbodone abbate.

In Christi nomine sub die VI kl. aprilis, anno XV¹⁾ regni d(om)ni nostri Karoli regis, ego Erkanfrid dono pro remedio anime Adelheidis ad sanctum dei mrem. Nazarium qui requiescit in monasterio quod uocatur Laur., ubi uir uenerabilis Rihbodo abbas preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo, hoc quod ipsa^{e)} m(ih)i

784/7¹⁾ März 27.

a) uluenesheim. b) Erkanberti, irrig nach Z.2 des Urkundentextes. c) ipsa verbessert aus ipse(?).

630] ¹⁾ 724. ²⁾ 644, ohne Leidrat 640. Leidrat, Bicko wohl die Priester 413 Anm. 3 u. 6. ³⁾ 446 Anm. 2 u. 6.

631] ¹⁾ 624. R. gleichzeitig 465 Anm. 1. A., Rutger, Rubbo vgl. 560. ²⁾ 436, 712. ³⁾ Vgl. nebeneinander 219 (837); zufällig wohl 289 (767). ⁴⁾ Vgl. 634 Anm. 2.

633] ¹⁾ Das 15. Jahr Karls fällt in Helmrichs Abtszeit. Die Stellung der Urk. 633–635 zwischen 18 und 20 Kar. r. beweist, daß an XV die Einerstriche IIII oder III fehlen. Fast sicher wird das 19. Jahr = 787 für nr. 635 durch die Gleichzeitigkeit mit 630.